Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



40

uta suerunt. Dicunt enim scibilis res scientia scibilis est. Est enim
prima relatio ad genitum. secunda suersio ad.vii. hec quoque relatio secundum
eosdem suerunt casus. cum dicunt maius minore esse maius. et minus ma
iore esse minus. Duplum quoque et medietas relatiua sunt. et hisdem casibus suer
unt. Duplum namque dimidium dupli est: dimidium uero dupli dimidium est
Sunt quoque alia relatiua que ipse sic addidit.

Ut uero sint et hec adaliquid ut habitus. affectus disciplina. positio. Hec
omnia que dicta sunt hoc ipsum quod sunt aliqui dicunt et non alium. Habitus enim
alicui habitus dicitur. et disciplina alicui disciplina. et scientia alicui
scientia. et positio alicui positio et alia quidem similiter.

De sensu quidem et scientia dictum est supi. nunc uero de habitu. dispositi
one. et positione dicendum est. Dispositio est ad aliquam rem mobilis
applicatio. ut si quisquam flamme propinquus caleat ille dispositus
ad calorem dicitur. Idem uero est affectio quod dispositio ne nouo nomine
error oriatur. Est uero dispositio cum sit quedam ad aliam rem iunctio
et ab alia affectio tam facile mobilis est. celeri enim permutatur. Ha
bitus autem est dispositionis et affectionis firma et non facile permutabilis
recentio. ut si quisquam in sole ambulans fuscior fiat. dispositus
ad nigredinem dicitur. et nigredine affectus dicitur. Sin uero illa nigredo
fortis et immutabilis corpori infecerit habitus nominatur. Quocirca
habitus est inuueterata affectio. Vnde omnis habitus dispositio et af
fectio est. Non autem omnis dispositio et affectio habitus. Et ne multa
dicenda sint ostat in habitu et dispositione: quod habitus immuta
bilis passio est dispositio uero non simiiter. si affectio quedam est et ad
aliquid rem iunctio que potest facile permutari. Positio uero est alicui
rei collocatio ut est statio. sessio. inclinatio. accubitatio. et alia
hui m. Hanc et quisque stat quodam positus dicitur et collocatur. Et quisque sedet et
quisque accumbit. et quisque secundum ceteras positiones est: positus appellatur.
Quocirca et statio et sessio et accubatio positiones erunt. Si quidem
quod eerint dictum est non si sit adaliquid indeam. Habitum relatiue
dici ea res probat que alius quoque reb; documentum fac esse relatiua
ut est in sensu atque scientia. Iccirco enim dictum est sensum sensi
bilis rei esse sensum quam res sensibilis est que sentiri potest. Et quoque